a ¶ Facultates. i. hereditatẽ. ‡ hic aũt q̃ritur an filius filij emãcipati cõceptus poſt emãcipationẽ ſit agnat⁹ auo. qd̃ nego ‡ oĩno. nã iura agnatiõis ꝑ emãcipationẽ etiã inter fratres tollunt̃. vt. ſ. de inoffic. teſta. l. fratres: niſi ꝑ anaſtaſiũ. vt. ſ. de leg. tu. l. iiij. ergo inter hũc nepotẽ ⁊ auũ nõ obſtat ſi dicas ꝙ ꝯiunctus eſt ꝑ maſculinũ ſexũ: ergo eſt agnatus. fallit em̃ in ſuis cognatis. tñ negari nõ põt qn ipẽ emãcipatus nepos vocet̃ per vnde cognati. vt inſti. de here. q̃ ab inteſta. §. admonẽdi. ⁊ lex exꝓſſim decidit queſtionẽ. vt inſti. de ſuc. cog. j. rñ. ⁊. j. de le. here. l. meminimus. §. cũ igit̃. ſm Azo. Itẽ q̃rit̃ an vñ liberi deſ̃ patri in bonis filij emãcipati inteſtato mortui: Rñ. pla. ꝙ ſic. vel vñ parẽtes ĩpoſito noĩe. qd̃ ſtare nõ poſſe ꝓbo per locũ a partib⁹ remotis. nã aut erat ſuus: aut emãcipatus. ſi ſu⁹ aut habebat caſtrẽſe: aut q̃ſi caſtrẽſe peculiũ: aut nõ. ſi habebat ⁊ fecit teſtamentũ excludit̃ pr̃ etiã exheredatus vel ꝑteritus. ‡ vt. ſ. de inoffi. teſta. l. fi. ſ3 ſi nõ fecit teſtamentũ pater occupat iure peculij. ✱ vt. ff. de caſtrẽ. pecu. l. ij. ſi aũt nec caſtrẽſe nec q̃ſi caſtrẽſe habeat nec olim nec hodie põt teſtari cũ oĩa ſint patris. ‡ vt. j. de bo. q̃ libe. l. fi. §. filijs aũt familias. cu3 vo eſt emãcipatus ⁊ nõ ꝯtracta fiducia: nil h3 tũc pater. vt inſtitu. de legi. ag. ſuc. §. fi. ſi ꝯtracta fiducia aut fecit teſtamentũ aut nõ. primo caſu ſi exheredauit patrẽ h3 querelã: ſi ꝑterijt h3 cõtratabulas. vt. ff. de inoffi. teſta. l. mater. ⁊ l. nã et ſi. ⁊ l. filio. §. ſ. Si aũt non fecit teſtm̃

‡ Idẽ Ja. teſt de mẽte aliorum. ‡ Et bene ſm omnes.

‡ Hodie ñ cõpetit ſibi q̃rela. Jaſ. ✱ Immo iure hereditario. Jaſ. ✱ Falſum eſt ſm Jaſ. loquẽdo in aduẽtitijs q̃ad ꝓprietatem.

cũ alius nõ ꝑcedat patrẽ pater habebit bo. poſ. vñ legitimi. vt inſtit. de legi. ag. ſuc. §. fi. Sed certe ⁊ ſi habeat vñ parẽtes vel vñ liberi vtilem eſt nõ abſurdũ. ‡ ⁊ facit ad. l. iſtã. ſ. ſi vt ab here. ſe abſti. l. ij. ⁊. ff. de bo. libe. ſi ex patronis. §. fi. ⁊. ſ. de inoffi. teſta. ſi quis filium. §. j.

‡ Iſtã ꝑtẽ glo. t3 bar. Bal. Sali. alex. ⁊ Jaſ.

b ¶ Non poteſt. ſc3 de iure ciuili.

c ¶ Per bonorum. id eſt ius pretorium. quia nõ de iure ciuili.

d ¶ Beneficiũ. id eſt huiuſmodi bona.

e ¶ Peruenerit. ꝑ vñ liberi. ‡ alij dicũt per vñ cognati ⁊ vnde agnati.

‡ Sequit̃ bar. in fi. et Ja. in. viij. col.

¶ Unde legitimi ⁊c̃. ¶ Legitimi ſunt agnati ⁊ etiã quida3 cognati q̃ in loco agnatoꝝ ſunt. vt ſunt filij ſororis. Itẽ vterini. vt. j. d̃ legiti. here. l. pe. ⁊ fi. Itẽ q2 ex orfi. vel tertulia. admittũtur. vt ff. eo. l. ij. §. fi. ⁊ l. ſequẽti. Poſtꝙ ergo dixit de illa q̃ dat̃ liberis/dicit de illa que datur agnatis: et tertio ✱ de illa q̃ dat̃ cognatis. hic em̃ eſt ordo. vt. ff. ſi ta. teſt. l. j.

✱ Sequũt̃ ſcribẽ. hic.

Conſobrinorũ. ¶ Caſus. Deceſſit fili⁹ ſororis mr̃is mee: ⁊ volo adipiſci bona ſua querit̃ an poſſi3. Dicit̃ ꝙ ſi nemo ſit ei ꝓximioꝛ poſſum ei ſuccedere per bo. poſſeſ. vnde cognati. vel ſic. filij duarum ſoroꝝ ſunt ꝯſobrini: ſi ergo vnus decedat ab inteſtato an alius ei poſſit ſuccedere per bo. poſ. vñ cognati/querit̃: Rñ. ꝙ ſic. ſi nullus ſit ꝓximioꝛ. ſed ſi agnatus bo. poſ. petat dicendo ſe velle eſſe bo. poſ. petet eam per poſ. here. pe. vt. ff. de poſ. here. bo. poſ. l. j.

f ¶ Cõſobrinorum. Conſobrini dicuntur ex duabus ſororibus nati. vt inſti. de gradi. §. quarto gradu.

Conſobrini qui dicantur.

g ¶ Neceſſitudinis. i. cognationis. vt. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. fi.

h ¶ Eorum poſſeſſionem. per vnde cognati.

i ¶ Perſequi. vel per bonorum poſſeſſionẽ here. pe. vt. ff. de bo. poſ. l. j. ⁊. ij. vel rei vendi. res ſingulas. cum ſis dominus factus per agnitionem: ‡ vt hic. ⁊. ff. de bo. poſ. l. j.

Cum propiorem. ¶ Caſus. Quidam deceſſit de filijs cõſobrine mee nullo condito teſtamento. Dicitur ꝙ ego eis ſuccedere poſſum per bo. poſſeſ. et dicti ſunt conſobrini filij duarũ ſororũ. propiores ſobrini filij conſobrinorum.

‡ Iſta gl. eſt de mẽte ſcribentiũ.

k ¶ Cum propiorẽ. i. in quinto gradu a cõſobrina qui reſpectu ſequẽtis dicitur ſobrinus ꝓpioꝛ. ſic d̃2 vt inſti. de gradi. §. qnto. ⁊. §. ſexto.

l ¶ Non poſſe. cum non ſit tibi agnatus.

Nepotibus. ¶ Caſus. De predictis nepotibus ex filia querit̃ qualiter ſuccedant auo ſuo materno: Rñ. ꝙ ꝓ virili portione ⁊ iure pretorio ſi ſint ex eadem filia.

m ¶ Nepotibus. ex vna filia. ſi aute3 ex duabus eſſent ſuccederent in ſtirpẽ. vt inſti. de here. que ab inteſta. §. cum autem.

n ¶ Portione. dic de iure bonorario. ſc3 per bono. poſſeſ. vnde cognati. nam vnde liberi eis non datur. vt. j. de ſuis ⁊ legi. here. l. fi. et q̃ ſit ratio dic vt ibi nota.

o ¶ Honorario. non ſolũ ꝯſtitutionibus/cum diminutione tamẽ tertie partis quãdoq3. vt inſti. de here. que ab inteſta. §. item vetuſtas. ⁊. j. de colla. illam. ſed hodie contra. vt in aut. ibi poſita.

Non hoc. ¶ Caſus. Si mihi delata eſt bono. poſ. ex aliquo capite: ⁊ eam tenui animo deliberãdi: an ea3 videar agnouiſſe. queritur: Rñ. ꝙ non: niſi eam agnouerim tm̃ ſine corporali apprehẽſione. an ei ſufficiat: queritur: Dicitur ꝙ ſic.

p ¶ Non hoc. ſi dubitetur an quis ſit bono. poſſeſſoꝛ non inquirit̃ an poſſideat bona vel non: ſed an petat decretalem. ⁊ iſte eſt caſus.

Caſus.

q ¶ An tenuerit. i. ſi poſſedit etiam de facto.

r ¶ Querẽdum. No. ergo ꝙ non ꝓbat h̃ eſſe qd̃ ab hoc ꝯtingit abeſſe quia plerũq3 abeſſe contingit. i. quem non eſſe heredem l3 apprehendat: ideo non ſequitur/ſi apprehendit ergo eſt heres vt quia eſt predo. ⁊ econtra adire poteſt etiã ſi nihil attingat. vt. ff. de acquirẽ. heredi. l. ꝓ herede. in prin. ⁊ l. gerit pro herede. ⁊. j. de iure delibe. ſi auia. ⁊. l. ſi ſorori. ⁊. ff. de rei vendi. ſi ager. in fi. ⁊ ſunt ſimilia huic generali multa que nota. ſ. de proba. neq3 natales.

Verſus.

s ¶ An admiſerit. id eſt adiuerit vel agnouerit.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

Certum eſt. ¶ Caſus. Si mihi delata fuerit bono.poſſeſ.in bonis cognati de iure pretorio: certe non poſſum ſuccedere niſi ea petita ⁊ admiſſa quam admittere non compellor. Uel ſic. Nō poſſum ſuccedere alicui iure cognationis niſi petierim bonorum poſſeſ. a iudice. ſi autem petere nolo non compellor.

a ¶ Succedere. De iure pretorio verū eſt. ſed per aut. ſecus.

b ¶ Cognati. Nominatiui: ſed defuncti eſt genitiui caſus.

c ¶ Non vrgent. vt. ff. de bo.poſſ.l.iij.§.inuito. et j. de iure delibe. nec eme re. Et no. hic tria. Prio vſqꝫ ad quē gradū dat agnatis ⁊ cognat. boñ. poſ. Rñ. vſqꝫ ad.x. agnatis. et vſqꝫ ad.vij. * cognatis ⁊ quibuſdā pſonis de ſeptē. vt inſtit. de ſuc.cog.§.fi. ⁊ ff. vij cog. l.j.§. hec aūt. Secundo quot ſunt bonoꝝ poſſeſſiones? Et dic ꝙ hodie ſunt ſex ordinarie. ſeptima extraordinaria que dat quotiēs ex nouis legibus dat hereditas ex teſtamēto vel ab inteſtato. ideoqꝫ dicitur extraordinaria: ‡ quia nō hꝫ certā ſedē ex teſtamēto/ vel ab inteſtato. vt inſti. eo.§.decima. in fi.§. ⁊ §. ſeptima. Predictarū aūt ſex ſunt due ex teſtamento/ quatuor ab inteſtato. Ex teſtamento ſm tabulas ⁊ contra tabulas que dicitur ex teſtamēto: nō quia nitatur ſm tabulas: imo contratabulas. ſed ideo quia non habet locū niſi facto teſtamēto. vt inſtitu.eo.§. ſunt autē. Quatuor ab inteſtato vt vnde liberi: ⁊ vnde agnati: ⁊ vnde cognati. de quibus duabus dicit hic titulus: licet leges ſub eo poſite de cognatis dicāt. Itē vnde vir ⁊ vxor. ſꝫ olim alie plures erāt inſerte: vt habes hic. ⁊ inſti.eo.§. ⁊ cū de teſtamētis. vſqꝫ ad.§. ſeptima. Preter has.vij. ſunt tres ‡ etiam hodie que non tribuunt ius in pprietate: ſed in poſſeſſione tantuꝫ. vt carboniana ⁊ q̄ datur ventri: de quibus dices. j. de carbo.edic.l.j. Item que dat gratia agnoſcēde litis. vt. ff. de inoffi.teſta.l.papinian⁹.§.j. ⁊. ſ̄. de inoffi. teſtamen.l.ij. Tertio nota an ſint ſublate bonorū poſſeſſiones p nouα iura. quod quidam dicūt. ſed eſt falſum niſi in duabus. Dic ergo ꝙ eundem locū tenēt hodie quē olim. nam ſm tabulas nec olim nec hodie eſt neceſſaria cū detur ſcripto petitio hereditatis: ⁊ poſſit adire de iure ciuili niſi in trib⁹ caſibus. ‡ Primus eſt. ff. de iniuſt.teſta. l.poſthumus. quādo poſthumus qui rumpit deceſſit viuo teſtatore. Secūdus. inſti. qui.mo.teſta.infir.§. nō tamen. vbi capitis diminutione teſtamentum fuit infirmatum. ſed tempore mortis inuenit ſui iuris. Tertius. ff. de ſecū.tab.l.ij.§. ſi ſub cōditione. vbi etiam pēdente conditione petitur bonorū poſſeſſio. In his tribus etiā hodie eſt neceſſaria. Cōtratabulas aūt ſicut olim fuit neceſſaria ſic ⁊ hodie. * ⁊ eiſdem datur pſonis quas habes. ff. de contratabu.l.j. Unde liberi fuit olim neceſſaria emancipatis. vt. ſ̄. q admit. ad bo.poſſ. poſſunt. l.emācipata. ſed hodie nō eſt. vt in aut. de heredi. ab inteſta.§.j. coll. ix. vnde legitimi. nec hodie nec olim ‡ erat neceſſaria cuꝫ ex.l.xij. tabularū ſuccederent. vt inſt. de leg.ag.ſucceſ. in princi. vñ cognati fuit olim neceſſaria. vt. ſ̄. cod.l.ij. ſed hodie nō eſt. vt in aut. de heredi. ab inteſta.§. nullā. vnde vir ⁊ vxor. ⁊ hodie ⁊ olim eſt neceſſaria. vt. j. vnde vir ⁊ vxor.l.j. Additio. Uideas Ange.aret. inſtitu. de exhere.liberorū in prin. q ponit.xxj. caſus in quibus hodie eſt neceſſaria bonorum poſſeſſio. Et aduertas quia multum refert an quis de iure ciuili poteſt adire hereditatē: vel an de iure ptorio hoc per bonorū poſſeſſionem facere debeat: quia priori caſu hoc licet vſqꝫ ad.xxx. annos. vt.l.licet. cum ibi no. j. de iure delibe. Poſteriore vero ſi quidem eſt de liberis ad annū tantum. ſi extraneus ſolum ad.c. dies. vt.l.j.§.j. ff. quis ordo in bo.poſſeſ. ſeruetur.

¶ De ſucceſſorio edicto. ¶ Quia in predictis bonorum poſſeſſionibus locus eſt ſucceſſorio edicto: ideo de eo dicit. ‡ Et no. ꝙ quādoqꝫ eſt de capite in caput. vt deficiēte capite liberoꝝ admittantur agnati. ⁊ deficientib⁹ agnatis tunc cognati: ⁊ vltimo vir ⁊ vxor. vt. ff. ſi tabu.teſt.nul.ex.l.j. quādoqꝫ de gradu in gradū quando plures perſone ſunt in eodem capite. nam deficiente prima admittitur ſecūda. vt ff. eo.l.j.§. quibus. Itē no. ꝙ hic titul⁹ ppter creditores eſt inductus ne longa mora eis fiat. ‡ vt. ff. eo.l.j. in prin. Sed videtur ꝙ parū valet hoc auxiliū legis creditoribus cum multi anni potuerūt currere anteꝙ̄ oēs liberti in infinitū habeāt annū p quolibet gradu ⁊ agnati vſqꝫ ad.x. ⁊ cognati ad.vij. ⁊ quilibet habet.c. dies? Reſpō. hoc raro contingit ꝙ quis tot habeat. Item dico etiam inter tempus primi. * interrogari ſequentes a creditoribus an admittēt. arg. ff. eo. l.j.§. ſane. Itē ſic fit ⁊ alibi. vt. ff. de cura.bo.dā.l.j. Itē not. ꝙ in ſuis non erat locus ſucceſſorio de iure ciuili: de gradu in gradū. vt. ff. de ſuis ⁊ legi.l.j.§. ſciendū. ⁊ eſt ratio: quia primus repudiare non poterat: ſꝫ hodie poteſt vnde habet locum ſucceſſorium edictum. vt inſtit. de here.qua.et diffe.§. ſui. eadem ratione nec de capite liberoruꝫ in agnatos olim. Item nec in agnatis habebat locū de gradu in gradum. per.l.xij. tabu. ſed hodie ſic. ‡ vt inſtit. de legi.agna.ſuc. §. placebat.

* Immo vſqꝫ ad.x. ſm docto. hic.

Bonoruꝫ poſſeſſiones ſunt ſeptem.

‡ Idē ſal. alex. ⁊ Iaſ.

‡ Idē bar to. ⁊ alij.

Bonoruꝫ poſſeſſiones an ſint hodie ſublate.

‡ Idē bar. Bal. ſal. et Iaſon.

* Qñ cauſa pteritionis apponitur ſm oēs ſcribentes.

‡ Immo ſall. ⁊ Iaſ.

‡ Plꝫ bar. Bal. Pau. alex. ⁊ Iaſ.

* Sequūt bal. ⁊ bar. lꝫ Pau. aliter dicat.

* Sequūt Bal. Alex. ⁊ Iaſ. licet Pau. ɔtra.

‡ Et bene indubitanter in tranſuerſalib⁹ Bart. Bal. ⁊ Alex. hic.

Idē aa. ⁊ cc. Platoni. Lex.v.

Certū eſt quidē cognationis iure citra admiſſionem bonorū poſſeſſionis neminem poſſe ſuccedere[a]. defuncti vō cognati[b] ſuccedere nolētes petere bonorū poſſeſſionem non vrgentur[c].

¶ De ſucceſſorio edicto. Titulus.xvj.

☞ Excluſo pmo vel priore in ordine admittitur ſequens in gradu vel in capite. h.d. Bal. ⁊ Sali. vel ſic. Si pmus in ordine nō agnouit bonoꝝ poſſeſſionē admittit ſequēs p ſucceſſoriū edictū. h.d. Alex.

Impa. Alexā. a. Julia. Lex.j.

Si mater tua ppter furorē ſuum patrui ſui[d] bonoꝝ poſſeſſionem[e] nō accepit[f] tu filius eius[g] ad eorūdem bonorū patrui[h] magni poſſeſſionem[i] ex edicto[k] quo prioribus nō petentibus ſequentibus permittitur admiſſus es.

☞ Si primus nō agnouit bonorū poſſeſſionem: vel agnouit: ſed non vt debuit ſequens admittitur per ſucceſſorium edictum. ſecus ſi agnouit vt debuit. hoc dicit Alexā. Bal. ⁊ Salice.

Impera. Diocle. et Maxi. aa. ⁊ cc. Firmio. Lex.ij.

Si auie[l] eoꝝ[m] frater[n] de quorum[o] ſucceſſione agit velut ex teſtamēto adijt hereditatem[p] quos inteſtatos deceſſiſſe ac falſum teſtamentū platū ɔtendis[q]: ⁊ ab inteſtato non petita bonorū poſſeſſione vita funct⁹[r] eſt: ac tu[s] lꝫ quinto gradu cōſtitutus ex ſucceſſorio capite petijſti bonoꝝ poſſeſſionē vel necdum excluſus petas eorū ſucceſſionem potes vendicare. ¶ Nam ſi is[t] queꝫ quarto gradu conſtitutum eſſe nō ambigit ex edicto petijt[v] nec hoc te latuit: fruſtra nobis ſupplicaſti.

Si mat. ¶ Caſus. Delata fuit boñ.poſ. matri mee in bonis paternis in furore cōſtituta nō petit bo.poſ. vnde agnati. ⁊ ſic excluſa eſt. an ego qui ſum in ſequenti gradu petere poſſim: querit? Rñ. ꝙ ſic ex edicto ſucceſſorio vnde cognati.

d ¶ Sui. q ſibi eſt agnatus.

e ¶ Bonorum poſſeſſionem. vnde agnati.

f ¶ Non accepit. idem ſi petijt ‡ per procuratorem al's curatorē et in furore: vel etiā poſt furorē deceſſit anteꝙ̄ ipſa mater ratificaret agnitionem vel petitionē curatoris. vt. ſ̄. de cura.fur.l.vlti.§.pe.

g ¶ Eius. matris.

h ¶ Patrui magni. qui eſt tibi cognatus: ⁊ tamē dicit mihi patruus magnus: nam qui eſt patruus matri mee eſt mihi magnus. ⁊ qui eſt ei auūculus eſt mihi magn⁹. ⁊ ſic ecōtra ex parte patris. vt. ff. de gradi.l.iuriſcōſultus.§. patruus. ſm Io. Sed Pla. cōtra. dixit eñ impropie hic patruū ‡ dici cum non ſit agnatus.

i ¶ Poſſeſſionem. al's ſucceſſionem vnde agnati.

k ¶ Ex edicto. ſucceſſorio. Eſt enim edictum ſucceſſorium quod prioribus nō petētibus ſequētibus petentibus permittitur. et eſt in hac l. de capite in caput: ⁊ de gradu in gradum. vnde intellige ꝙ nō erāt alij agnati. al's ipſi vſqꝫ ad decimum preferuntur gradū. * vt. ff. eo. l.j.§. quibus. ⁊ inſtitu. de heredi. que ab inteſta.§. admonēdi. Sed videtur ꝙ hic non habeat locum ſucceſſoriū edictum. quia furioſo nō fuit delata bonorum poſſeſſio. vt. ff. eo.l.j.§. furioſi. ⁊ de bono.poſſeſſio. delata infan.l.j. Sed poteſt dici ‡ ꝙ erat hic delata ante furorē. Uel melius ſm Azo. ‡ ſi ea facta ſane mētis non accepit defertur ſequentibus. vt. ſ̄. de cura.furio.l.fina.§. penulti. ⁊ facit. ſ̄. qui admit. ad bono.poſ.l.infantis. ⁊. j. de impu. et ali.ſubſti.l.antepenul. ⁊. ff. de peti.here.heres. in prin.

Si auie. ¶ Caſus. Mulier aliqua habebat filiū: ⁊ ex eo nepotes duos ⁊ duos fratres. quorū alter habebat filium. deceſſit mater ⁊ filius ⁊ frater qui habebat filiū/ deceſſerūt nepotes ad quorum ſucceſſionē an admitti debeat filius fratris qui eſt eis in.v. an frater mulieris qui ē eis in quarto gradu: queritur? Reſpōdetur ꝙ admittitur frater: ſed ſi nō venit vel venit ⁊ venire nō debet vt ex teſtamento cū ſit falſum: vel nō ab inteſtato cum venire poſſit/ admittitur filius fratris. Uel pone caſum aliter vt in glo. proxi.

l ¶ Si auie. Pone caſum. ‡ Berta habuit nepotes ex filio mortuo. Item fratrem/ item nepotem * ex alio fratre mortuo. mortua Berta decedūt nepotes ex filio/ ad quorum ſucceſſionem ſi frater Berte veniat qui eſt in quarto gradu eis non veniet filius alterius fratris qui eſt eis in quinto. al's ſi nō venit vel venit non vt debet filius alterius fratris venit. Dic ergo ſi auie. ſcꝫ Berte.

m ¶ Eorū. ſcꝫ nepotum predicte auie qui ſunt ei auie in ſecundo gradu. ergo fratri in quarto. ergo filio fratris. in quinto.

n ¶ Frater. lucius. qui eſt in ſecūdo gradu ei.

o ¶ De quoꝝ. Iſti duo nepotes vocabātur. vn⁹ Titius. alter Seius.

p ¶ Hereditatem. nepotum predictorum.

q ¶ Contendis. tu filius alterius fratris.

r ¶ Functus. lucius.

s ¶ Ac tu. filius alterius fratris auie qui vocaris ſempronius. pone.

t ¶ Si is. id eſt lucius frater auie qui non potuit adire ex teſtamento quod erat falſum.

v ¶ Petijt. qō potuit. nec eñ heres ſcriptus. ſcilꝫ frater auie videtur renūtiaſſe

‡ Sequūt hoc.

‡ Iſtaꝫ tenet Iaſ. lꝫ Bar. ābas approbet.

* Immo nō iſto iure nec de iure autēticoꝝ. bar. bal. P. alex. ⁊ Iaſ.

‡ Diſplicꝫ bar. ⁊ alijs.

‡ Iſta placet oībus.

‡ Gloſa • mittit triū cū q dꝫ adꝫ di et ſic caſus ē ver⁹. Iaſ.

* Impropie ſꝫ Iaſ. ⁊ eſt de mēte aliorum.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

✠ Sequit̃ Bart. Bal. paul. Alex. ⁊ iaſ.

renũciaſſe ab inteſtato ſucceſſioni cũ ignorauit ✠ teſtamẽtũ nõ valere. vt. ff. de inoffi. teſta. mater. niſi ignoraſſet ius. vt. ff. ſi qd ĩ frau. pa. ſi patronus. in prin. ⁊ de bo. li. l. paulus. ij. §. patroni. ⁊. ff. de peti. here. l. legitimã. Ite͂ nota ꝙ hos gradus ſic cõputant quidã. Iſti duo nepotes ſunt in gradu ſecũdo: auia in tertio: frater auie in q̃rto: fili⁹ fratris auie in qnto: ſed hoc ſtare non poteſt: q2 gradus q eſt inter duos nepotes hic cõputãdus non eſt. Alij dixerunt ꝙ loquit̃ de nepote fratris itellige. i. de filio filij fratris ſic forte cõputando duos nepotes de quorũ ſucceſſiõe agit̃ ſunt auie in ſcdo. fratri auie in tertio. filio fratris auie ĩ q̃rto: ⁊ nepotib⁹ iſtius fratris in qnto. qd nil eſt: q2 omittitur gradus proauie. Item q2 ſm iſtam cõputationẽ frater auie eſt in tertio: ⁊ litera dicit in q̃rto. Tu ergo. ‡ cõputa ꝙ iſti nepotes ſunt in ꝓmo gradu matri ſue vel p̃ri auie in ſecundo: ꝓauie in tertio: filio ꝓauie ⁊ fratri auie in q̃rto: ⁊ iſti nepoti in qnto. vt patet inſti. de gradib⁹. §. primo. ⁊. §. ſecundo. ⁊ §. tertio. ⁊. §. q̃rto. ⁊. §. qnto. Si queris quare ꝓauiam numero: R̃n. ‡ q2 ſemp eſt eundũ ⁊ recurrendũ ad perſonã in qua vnum fuerunt. vt. ff. de gra. l. iuriſconſultus. prope prin.

‡ Et bene iſte duę cõputatiões reprobãt̃ et placet bar. iſta computatio.

‡ Idẽ alexan. ⁊ iaſ.

‡ Iſta ꝑti nuatio ẽ de mẽte do.

De carboniano edicto. Titulus. xvij.

☞ Si filio ĩpuberi mouet̃ queſtio ſtat⁹ ⁊ hereditatis debet ex carboniano edicto differri queſtio in tẽpus pubertatis ⁊ impubes preſtita cautione ſi non poſſidet cõſtituit̃ poſſeſſor bonorũ hereditatis. vel ſi poſſidet eius poſſeſſio confirmat̃. Si vo non ſatiſdat erũt vna cũ eo in poſſeſſione illi qui contradicunt. hoc dicit Alexã. poſt Bal. ⁊ Salice.

Idem. aa. ⁊. cc. Flore. Lex. j.

Si tibi[a] ac filio[b] tuo ſtatus ab his cõtra quos ſupplicas mouetur queſtio[c] ꝓſpicis premature rerũ quas velut de patris[d] ſucceſſione filius tuus vendicat[e] reſtitutionem poſtulari. cum ſi in pupillari permaneat etate ſm formam[f] edicti carboniani data bonorum poſſeſſione ſatiſdatiõe impleta[g]: tunc demũ in poſſeſſionem eum conſtituti cõueniat: vel hac[h] non oblata portione[i] ab omnibus[k] quam vendicat poſſideri: ſeruitutis vero queſtionem in tẽpus differri[l] pubertatis.

☞ Ex ſũmaria cognitiõe ꝑuenit̃ ad carbonianũ. h. d. Bal. vel ſic. Bonoꝝ poſſeſſio carboniana ꝯcedit̃ ſemiplene probãtiea q̃ in hac lege ꝯtinent̃. h. d. Alexã.

Impa. Vale. Theo. ⁊ arch. aaa. ad Rufum ꝑfec. preto. Lex. ij.

Carbonianum[m] edictũ ſub perſonis legitimis ex indubitato[n] matrimonio[o] cuſtodito: partu ⁊ probata legitima ſucceſſione defertur[p]: ſcilicet: vt in poſſeſſione nouus[q] heres conſtitutus vſq3 ad pubertatis ãnos ſine inquietudine rebus vtatur interdum alienis[r].

Unde vir ⁊ vxor. Titu. xviij.

f ¶ Secũdm formã. que eſt vt ſatiſdatio precedat: vt ſubijcit. ⁊ tunc demum detur qñ ſtatus ⁊ rerum ‡ ſit queſtio. ſi vero ſtatus tantum nõ differtur ex carboniano. vt. ff. eo. ti. l. de bonis. §. j. ſed conſtitutionibus: vt. ff. eo. l. iij. §. j. Item ſi de bonis tantum ſimiliter non differt̃. vt. ff. eo. l. j. §. ſi quis filium.

‡ Idẽ bar. Bal. Pau. Alexã. ⁊ ia.

g ¶ Impleta. ſcʒ de reſtituendis bonis ſi apparuerit eum nõ filium. vt. ff. de col. bo. l. iij. §. emancipatus. ⁊. ff. eo. ſi is q. §. an autẽ. Sed. P. dixit eũ cauere de vtẽdo arbitrio ‡ boniviri ad iſtar fructuarij. vt. ff. vſufru. quẽad. ca. l. j. in prin.

‡ Dic qd vtrũq3 capitulũ dʒ ĩ ſatiſdatiõe cõ ꝓ hẽdi. bar. ⁊ ſali.

h ¶ Hac. ſ. ſatiſdatione.

i ¶ Portionem. vt quia nõ habebat in bonis paternis: niſi portionẽ cũ forte haberet fratrem.

k ¶ Ab omnib⁹. ſ. pupillo ⁊ aduerſarijs etiã ſi ſint extranei. vt. ff. e. l. j. §. j. ſed nõ alent̃ ‡ inde: ſʒ vice ſatiſdatõis erunt ſimul in poſſeſſiõe. vt. ff. e. l. de bonis. §. q pupillo. ſi autẽ ſint de liberis ſiue caueat̃ ſiue nõ erũt in poſſeſſione. ✠ vt. ff. e. l. ſed ⁊ ſi is. in prin.

‡ Idẽ ſal. ⁊ iaſ.

✠ Sequit̃ barto. ⁊ iaſ.

l ¶ Differri. Hoc ſi puberi expediat. ſec⁹ ſi expediat ſtatim agi. vt. ff. e. l. iij. §. due. Ite͂ ⁊ nunqd differt̃ q̃ſtio quo ad matrẽ: R̃n. Pla. non. ‡ vt. ff. eo. l. j. §. ſi. nec tamẽ fiet preiudiciũ cauſe filij ſiue perdat mater. vt. j. de libe. cau. l. ſi. ſiue vincat. vt. ff. eo. l. iij. §. ſi mater. Nec ob. lex. j. in ſi. ff. eo. quia ſentẽtia cõtra matrẽ lata non nocet filio ‡ ſed cõtra ſeipſum data. Ite͂ nunqd carbonianum cum ordinaria bonorũ poſſeſſione datur: R̃n. non. vt. ff. eo. ſi impubes. in fine. Sed cõtra videtur. ff. eo. l. iij. §. miſſũ. in fine. §. Sed reſpõ. ibi dicitur oportebit ordinarie petere qui carbonianum petit. Et nõ dicit oportet vel oportebit dico ſi bonorũ poſſeſſionẽ petere vellet. Sed nõne etiam q carbonianũ habet tantũ debita exigit. vt. ff. eo. l. pe. Reſpon. ſic. forte a volentibus non inuitis: vel non vt bonorũ poſſeſſor iuris: ſed carboniani tantum. ⁊c. Additio. Dicas ſic aut ipſe nõ ſatiſdedit: ⁊ tũc nõ poteſt intentare actionem: aut ſatiſdedit: ⁊ tũc aut vult intentare directam tanq̃ heres ⁊ nõ poteſt: aut vult intentare tanq̃ bonorũ poſſeſſor carboniani. ⁊ poteſt. vt. ff. eo. l. penulti. ⁊. l. iij. §. miſſum. qui. §. declarat iſtam materiam: vt dicit Bar. hic.

‡ Et bene Bart. Bal. pau. alexã. ⁊ iaſ.

‡ Immo nocet q̃ ad tale ꝑiudicium vt ibi nõ q̃ ad plenum ꝑiudiciũ vt h. ex. et iaſ. lʒ gl. ſequat̃ bar.

¶ De carboniano edicto. ¶ Dictũ eſt de bonorũ poſſeſſionib⁹ que tribuunt ius in ꝓprietate. nũc de his ‡ que in poſſeſſione tantũ. vt ff. ne vis fiat ei. l. pe. §. ſi. ⁊. §. pe. ⁊. ff. eo. l. pe. ⁊ dicit̃ carbonianũ a carbone pretore. arg. inſti. de actio. §. alie. in ſi.

Si tibi. ¶ Caſus. Deceſſit paterfami. relicto filio ĩpubere: nec iſtituto nec exheredato: cui ſi moueat̃ queſtio ſtatus. ſ. ꝙ ſpurius ſit: vel ſeruus ex ancilla ab agnatis volentibus venire ad ſucceſſionẽ defuncti: nec a poſſeſſione bo. diſcedere velit impubes anteq̃ ad. xiiij. an. veniret. an ſit audiendus q̃ritur: Dicitur ꝙ ſic. ⁊ erit in poſ. bo. ex carbo. edicto. itaq3 mater ſatiſdet de reſti. bonis adueniente tꝑe pubertatis ſi appareat filiũ nõ eſſe ſeruũ qui ſi ſatiſdare voluerint agnati ſimul cũ ipſo in poſ. erũt: nulla eis pendente tꝑe in pubertatis emolumẽta ſpe relicta: ſed ex bonis filius interim alatur: ⁊ ſic expone in litera ꝙ dicit vendicat retinendo. Vel dic ꝙ non fuit in poſ. bo. ſed vendicat. ⁊ ſic proprie ponit̃ vendicat: ſcʒ conueniendo: ⁊ dic ꝙ deceſſit relicto filio ĩpubere: cui⁹ hereditas ab aliquo poſſidet̃: impubes intẽtat peti. heredi. q2 in ea neceſſe habet plene docere de iure ſuo: cõſulit̃ ei vt modo dixi. ergo dicitur ꝙ erit in poſſeſ. vſq3 ad tempus pubertatis preſtita tñ ſatiſdatione. Vel pone aliter caſum: vt in glo.

a ¶ Si tibi. loquit̃ iperator matri ꝓ filio impubere ſupplicanti. ⁊ dic caſum ✠ ſm Io. ꝙ ĩpubes poſſidebat: ⁊ aduerſarij eius ꝓponebãt petitionẽ hereditatis. iſte impubes dicebat ſe heredem: illi replicabant eũ ſeruum: quãtum eſt pro bonis hoc nõ poſſunt: quia prematurę. i. nimis cito petunt. nã queſtio ſeruitutis in tempus pubertatis differtur. ſic exponit̃. ff. de col. bo. l. j. §. ſi impubere. ⁊ qd dicit vẽdicat: ſcʒ retinẽdo. Vel ſm alios dic caſum ‡ ꝙ mater noĩe filij agebat petitione hereditatis alijs poſſidentibus: ſcilʒ agnatis defuncti illi excipiebant eum ſeruũ imperator ei cõſuluit: vt petat tm̃ poſſeſſionẽ ex hoc edicto: ⁊ nõ maturet in petitorio: q2 graue eſſet ei probare ꝓpter filij debilitatem ⁊ aduerſariorũ potentiã. Sed huic poſitioni eſt cõtra. ſ. de ordi. iudi. l. j. quia ibi agit impubes ⁊ occaſione ſtatus non differtur. Sed dic ‡ ꝙ ibi expediebat ei nõ differri. Vel hic poſſeſſorio. ibi petitorio. Vel ſolue vt ibi.

b ¶ Filio. vt q2 tu ancilla ⁊ filius tu⁹ ſeruus dr̃ vel ſpurius. Et dic ꝙ filius nec fuit inſtitutus nec exheredatus: q2 tũc ceſſaret carbonianum. ‡ vt. ff. eo. cũ ſine. ⁊ eſt ratio: q2 inſtitutus habet ſm tabulas. ⁊ exheredatus iuſte repellitur. vt. ff. eo. l. j. §. pomponius.

c ¶ Queſtio. In modum replicationis ſm primum. vel exceptionis ſm alium.

d ¶ Patris. ſecus ✠ de matris vel alterius linee femine. cum illis ſcilicet perſonis tantum detur carboniana quibus ⁊ cõtratabulas poteſt dari. vt. ff. eo. l. j. §. ⁊ generaliter. ⁊. l. de bonis. ſʒ in bonis matris non datur contratabulas cũ preterito ſua habeatur pro exheredatione: ergo nec carboniana.

e ¶ Vẽdicat. retinendo ſm Io. vel proprie ſm Alber.

✠ Plʒ bar. bal. ⁊ Pau. diſplicet tñ quo ad tex. alexã. ⁊ iaſ.

‡ Utraq3 caſus poſitio plʒ bar. bal. et Iaſ.

‡ Et bene bart. ſali. et Iaſ.

‡ Idẽ bar. bal. ſal. alexã. ⁊ Iaſ.

✠ Idẽ bar. ⁊ alij.

Carbonianũ. ¶ Caſus. Celebrato diuortio inter te ⁊ vxorem tuã ſignificauit tibi vxor tua ꝙ ex te fuit pregnans: feciſti ĩſpici ventrẽ cuſtodiri partũ: deceſſit: tibi voluit ſuccedere ĩpubes. mouetur ſibi cõtrouerſia ꝙ filius tuus nõ ſit. nũquid ſi in poſſeſ. bono. mitti petat vſq3 ad tẽpus pubertatis audiendus eſt: Reſpon. ꝙ ſic. ſi partus fuerit cuſtoditus: ⁊ hoc probetur ⁊ non plenarie cognoſcet̃ alioquin ſi plene probaretur haberetur pro inſtituto: ⁊ adiret hereditatẽ. vt. ff. eo. cum ſint. ⁊ interim aletur de bonis: non obſtante ꝙ dici poſſit: quia nutritus fuerit alienis bonis: ſi poſtea apparuerit eum filium tuum non eſſe. Viuianus.

m ¶ Carbonianũ. i. cõmodum edicti carboniani. Et capias ita conſtructionem: carbonianum edictum defertur. intellige puero ⁊ hoc dico cuſtodito partu ſub legitimis perſonis.

Ordo lr̃e.

n ¶ Indubitato. ſubaudi ex partu dico nato.

o ¶ Matrimonio. ſcʒ nato. vel dic exiſtente.

p ¶ Defert̃. vſq3 ad annum ‡ vt omnes bonorum poſſeſſiones. vt. ff. eo. l. iij. §. miſſum. Sed ſi hec probentur: ſcilʒ matrimonium indubitatum: ⁊ partum ſub legitimis perſonis cuſtoditum eſſe de quibus dicitur. ff. de ventre inſpiciendo. l. j. §. de inſpiciẽdo. ⁊ ꝙ ſit legitima ſucceſſio: id eſt ꝙ ſint legitimi ſucceſſores: id eſt filij legitimi. qd ſequitur ex duobus primis nõ habet carbonianum cũ poſſit adire ⁊ petere ſuo iure ſicut ſi eſſet inſtitutus: vt. ff. eo. cũ ſine. in prin. ſed ſubaudi in omnibus ſummatim ✠ vel ſemiplene. vt. ff. eo. l. iij. §. cauſe. vel quod dicit de partu cuſtodiẽdo: dicit ideo quia ſi mulier ventrẽ cuſtodiri paſſa non fuerit denegatur partui carboniana. vt. ff. de ventre inſpicien. l. j. §. ſi cui. ⁊. l. edictum. Azo.

‡ Idẽ barto.

✠ Seq̃tur bar. bal. alexan. ⁊ ſali.

p ¶ Defertur. ſ. puero. ⁊ hoc dico partu ⁊c.

q ¶ Nouus. ſcʒ preſumptiue.

r ¶ Alienis. ſi patet eum non filium: nec repetunt̃ ſumptus. ‡ vt. ff. ſi mulier ven. noĩe. l. j. §. intereſſe. ⁊. ff. de inoffi. teſt. l. q de ĩofficioſo. ſic ⁊. ff. de pe. here. heres furioſi. §. ſed ⁊ ſi quid. Accur.

‡ Idẽ bal. ſali. Alex. et Iaſ. in. l. precedenti.

¶ Unde vir ⁊ vxor. ¶ Deficientib⁹ ꝑdictis datur hec. vt. j. eo. tit. l. j.

R

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

Maritus. ¶ Caſus. Si decedit vxor tua nec agnato nec cognato relicto ei ſuccedis per bono. poſſeſ. vnde vir ⁊ vxor fiſco excluſo: ⁊ econuerſo. Uiuianus.

a ¶ Et vxor. ſcilicet ſi matrimoniuʒ eſt tempore mortis: vt hic. ⁊ ff. eodem. l. j. §. vt autem.

b ¶ Ab inteſtato. vt. ff. e. l. j. in fi.

c ¶ Antiquo iure. quod eſt. ff. eo. l. j.

d ¶ Naturalis. legitima ex parte patris: naturalis ex parte matris: ſed hoc fallit in caſu: ſcilicet in ſocio liberalitatis imperialis q vxoreʒ excludit in illa liberalitate. vt. j. ſi libera. imperialis ſocius ſine he. l. j. li. x.

e ¶ Excluſo. ꝓpter vxorem vt hic. Item ꝓpter alios quoſdā fiſcus excluditur de quibus dicitur. j. de here. decu. per totum titulum: vxor autem per illos nō excluditur. ergo no. vxorē ſuccedere alijs deficientibus. Iteʒ in alio caſu vir ſuccedit vxori ſue cuʒ filijs eiuſdeʒ emancipatis in virilem vſumfructuʒ. vt j. de bo. ma. l. iij. in prin. Item in tertio caſu de q̄ vide aut. ꝑterea ⁊c. quaʒ hic lege.

Uxor viro ſuccedit alijs deficiētibus.

f Preterea. Dote. aut donatiōe ꝓpter nuptias. vt i auten. de exhi. reis. §. qm̄ vero. colla. v. vnde ſumit hec aut. vſq; illuc tres ſunt. ⁊c. Iteʒ ⁊ in fine abſhde imputabit autē ⁊c. reliq̄ ſumit: vt li. matri ⁊ auie. §. qꝛ vo legē. ij. coll. viij. nec ob. ꝙ l. d. aut. diſtinguat virum ab vxore: qꝛ corrigit in hoc p aut. vt fratrū ſi. §. ſi. col. ix.

Diues et pauper q dicunt.

g ¶ Locuples. quis dicatur locuples vel inops? Rn̄. meta eſt. l. aureorū. vt. ff. de accuſa. nōnulli. vel. c. aureoꝝ. vt inſtitu. de ſuc. lib. §. ſed noſtra. Uel verius indicat quis locuples vel non officio iudicis. vt arg. s. de epi. audi. l. tam dementis.

h ¶ Una. ſiue teſtat⁹ ſiue inteſtatus deceſſit.

i ¶ Matrimonij. q vocabūtur ad hereditatē patris vna cum nouerca.

k ¶ Non extantibus. qd ſi liberi non extant: ſed aſcendentes? Rn̄. idem obſeruanduʒ ſm̄ Hug. Item quid ſi nullus neq; aſcendentium neq; deſcendentium? Rn̄. vocantur vxor ⁊ vir in totum excluſis tranſuerſalib⁹ ſm̄. B. ſed. P. contra. Accurſius. Additio. Potes dicere ꝙ hoc caſu lucratur ꝓprietateʒ quarte portionis qđ ſatis videtur velle hec aut. ſi bene inſpiciatur quod tenet etiam Bar. hic.

¶ De repudianda bonorū poſſeſſione. ¶ Dixit de acquirenda: nūc de repudianda. Et no. ꝙ edictalis repudiari poteſt. ⁊ ſic loquitur. ff. ſi tabu. teſta. nulle ex. l. vna. §. j. ⁊. j. l. j. decretalis nō. nec ante decretū. quia non habet nec habere pōt ſicut nec hereditas. vt. ff. de ſuc. edi. l. j. §. decretalis. ⁊. j. de repu. here. l. ſicut.

l Emancipatus patron⁹. Patroni. vt. s. de poſtula. l. velamento. fallit in fiſco. vt. ff. de iure fiſci. ſi fiſcus. ꝓpter aduocatum tn̄ datur dilatio. vt. ff. ex qui. cau. ma. ait ꝑtor. in ff. l. ⁊. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter.

¶ Coniunctis deficientibus vir ⁊ vxor ab inteſtato vocātur ex quarto capite edicti. hoc dicit. Uel ſic. Deficientibus coniunctis vir ⁊ vxor inuicē ſuccedunt ex edicto fiſco excluſo. Salice. Uel ſic. Deficientibus agnatis omnibus ⁊ cognatis vir ſuccedit vxori ⁊ econtra: quia ex quarto capite edicti per bonorum poſſeſſionem que vnde vir ⁊ vxor appellatur. hoc dicit Alexander.

Imperato. Theo. ⁊ Ualen. aa. Hierico. Lex vnica.

Maritus et vxor[a] ab inteſtato[b] inuiceʒ ſibi inſoliduʒ pro antiquo[c] iure ſuccedāt: quotiēs deficit omnis parentum vel liberorum: ſeu propinquorū legitima vel naturalis[d] ſucceſſio: fiſco excluſo[e].

¶ Ubi matrimoniū fuit ſine dote ⁊ coniunx premoriens eſt locuples ⁊ ſuperſtes laborat inopia: licet extent filij defuncte pſone tā ex eodeʒ matrimonio ꝙ ex alio: coniunx ſupſtes ſuccedit in quarta parte ſi liberi non ſunt vltra tres: al's ſuccedit in virili cum liberis ⁊ legatum ſibi factū a defuncto cōputatur in ipſam quartaʒ: hoc dicit Alexander.

In auten. coll'. v. conſtitu. vj. de exhibēdis ⁊ introduc. reis. §. qm̄ vero. in fine. et colla. viij. ⁊ conſti. vltima. vt lice. matri et auie. §. qꝛ vero. ij.

Preterea ſi matrimonium ſit abſq; dote[f] coniunx autem premoriens locuples[g] ſit: ſuperſtes vero laboret inopia ſuccedet vna[h] cuʒ liberis cōmunibus alteriuſve matrimonij in quartā ſi ſunt tres: vel pauciores. ¶ Qꝛ ſi plures ſint in virilem portioneʒ: vt tamen eiuſdē matrimonij[i] liberis proprietatem ſeruet ſi extiterint: his vero non[k] extantibus vel ſi nullos habuerit potiet etiā dominio: ⁊ imputabitur legatuʒ in talem portionem.

¶ De repudianda bonoruʒ poſſeſſione. Titulus. xix.

¶ In repudiando bonorū poſſeſſionē non requirit preſentia aduocati. hoc dicit Bal. Sali. ⁊ Alexan.

Imperato. Dio. et Maxi. aa. et cc. Theo. Lex. j.

Emancipatus repudiata bonorum poſſeſſione abſentie patroni[l] cauſe velamēto rurſum ad eandem redire queſtioneʒ fruſtra conatur.

¶ Pater non poteſt iura filij repudiare in iudicio vel extra. h. d. Baldus. Uel ſic. Pater nō poteſt repudiare iura filio delata. Salicetus.

Iidem. aa. ⁊. cc. Theo. Lex. ij.

Filio delatam[m] bonoꝝ poſſeſſionē patri ad fraudem[n] filij repudiare non licet.

¶ De collationibus. Titulus. xx.

¶ Ubi ex teſtamento cum effectu ſucceditur collatio ceſſat. h. d. Bal. vel ſic. Iure iſto inter ſuccedentes ex teſtamento ceſſat collatio: niſi teſtator cauerit de cōtrario. hoc dicit Salicetus. Uel ſic. Cum ſuccedit emancipatus filius patri vna cum filijs in poteſtate ex teſtamēto patris tūc non confert emancipatus bona ſua: etiaʒ que a patre ſibi donata fuerunt. hoc dicit Alexander.

Imperator Alexander. a. Deucherie. Lex. j.

Emancipatos[o] liberos teſtamento heredes ſcriptos[p] ⁊ ex eo[q] ſucceſſioneʒ obtinētes[r] a patre donata fratri conferre non oportere[s] (ſi pater: vt hoc fiat ſupremis iudicijs non cauit) manifeſti iuris eſt.

¶ Hodie ex teſtamento non ceſſat collatio: niſi pater vetait: ideo dotis ⁊ aliorum datoruʒ fit collatio. hoc dicit Salicetus. Uel ſic. In caſibus in quibus olim erat facienda collatio inter ſuccedentes ab inteſtato facienda eſt etiā hodie ſi ſuccedatur ex teſtamento: niſi teſtator ꝓhibuerit. hoc dicit Alexan.

In auten. de triēte ⁊ ſe. §. illud quoq; bene. colla. iij. conſtitu. v.

Ex teſtō[t] et ab inteſtato ceſſat dotis ⁊ aliorum datoꝝ[v]

m Filio delatā. Ex linea materna. ⁊ ſic locum habet hec lex etiā apud iuſtinianū anteq̄ fieret. l. vlt. j. de bo. que lib. p. l. j. de bo. ma. l. j. ij. ⁊. iij. ⁊ de bo. q̄ li. l. pe. per. l. autē vlti. conſtat ꝙ hʒ locum in q̄libet hereditate * filio delata niſi occaſione patris. ‡ vt. ff. de vulga. ſubſt. ſed ſi plures. §. in arrogato. Itē nota ſec⁹ in ſeruo eſſe q̄ h dicat in filio. vt. ff. d ſuc. edi. l. j. §. per ſeruuʒ. ⁊. ff. de le. j. ſeruo. ⁊ ecōtra filius non repudiat in ꝑiudiciuʒ patris. vt. d. l. j. ⁊. j. de bo. que lib. l. fin. lʒ taciturnitas filij pr̄i obſit ſi eum certiorare potuit. vt. ff. quis or. in bo. poſ. ſer. l. fin. ⁊ facit. ff. de bo. poſ. tutor. ⁊. j. de acqui. here. is qui. §. ſi.

* Plʒ pau. alex. ⁊ iaſ. ‡ Iſtud dicit ſplicet ꝑdi.

n ¶ Ad fraudeʒ. i. ad dānū. veteres eīn fraudem ꝓ pena accipiebāt: vt in l. cum autē. §. excipitur. ff. de edil. edic. ⁊ nota. s. de ſponſa. l. ij.

¶ De collationibus. ‡ ¶ Quia īter bonoꝝ poſſeſſiones habet locū collatio. nunc de ea dicit. Additio. Iſtud non videt verū: quia preſupponit ꝙ inter bonoꝝ poſſeſſiones paſſiue ſit locus collationi: quod eſt falſum vt no. in. l. ſi emācipati. j. eo. Lancelotus decius.

‡ Iſta continuatio placet Cy. ⁊ ſali. ⁊ ē de mēte Bar.

Emācipatos. ¶ Caſus. Deceſſit paterfami. hn̄s quoſdam filios: quos in vita emācipauit: qbus quedam cōtulit: an ea conferre debeāt facto teſtamento ⁊ eis heredibus inſtitutis? Rn̄. ꝙ nō. niſi hoc expreſſiſſet.

o ¶ Emancipatos. idem ſi eſſent in poteſtate cōſtituti.

p ¶ Scriptos. cū alijs in poteſtate cōſtitutis. ‡

‡ Glo. ſeqtur ſali.

q ¶ Ex eo. ſ. teſtamento.

r ¶ Obtinentes. Idē eēt ſi cum poſſent ex teſtamento ſuccedere errore ſucceſſerunt ab inteſtato. * vt. ff. de col. do. l. ſi lius emācipatus. circa principium.

* Seqtur gl. bar. Io. fabri. et iaſ.

s ¶ Non oportere. Nota non fieri collationem de iure antiquo ſi teſtatus qs deceſſit. ‡ vt hic. ⁊. j. e. l. filie doteʒ. ⁊. l. filiam. Sed contra. ff. de inoffi. teſt. l. ſi nō mortis. ij. rn̄. vbi etiā ex teſtamēto fit collatio. Solu. lʒ in primo rn̄. loqueret quando teſtatus decederet: in ſecundo tamē mutat caſum ſcilicet quando inteſtatus. Item hoc iure veteri. ſed ſecus p aut. ex teſtamento ⁊c. quam hic lege.

